



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 57. Abbas Cæsarmajoris Legatus in Francia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66394)

Sæcul. XIII.  
A.C. 1203. non intraret, nisi prius virgis cæsus. Uxorem nunquam duceret, Ludis publicis nunquam adesset. Centies in die *Pater noster* recitaret, & toties genua flecteret. Annis tribus exactis, ad Summum Pontificem misericordiam petiturus & mandata recepturus, rediret.

## §. LVII.

*Abbas Casæ-majoris Legatus in Francia.*

**H**oc anno millesimo ducentesimo tertio Joannes Abbas Casæ-majoris\* cum potestate Legati ab Innocentio Papa missus est, ut Reges Philippum Augustum & Joannem Angliæ ad pacis fœdera restauranda compelleret. Causa exorti belli erat, quod Rex Joannes Artum, nepotem suum, Britannia Comitem, ex turri, in qua ipso mandante Rotomagi custodiebatur, protractum, sua manu in navi obtruncasset, corpusque in Sequanam projici jussisset, in Cœna Domini die tertia Aprilis, eodem anno. Rex Franciæ Joannem tanquam Vasallum suum ad judicium citari, & admissio facinore, causam dicere jussit, cumque non venisset, Pares Franciæ Joannem Regem jure suo in omnes Ditiones, quas citra mare tenuisset, excidisse, idque ad Regem Philippum rediisse, unanimi voce pro-

\* Casemarii

*Rigord. p. 46**Guil. armor.**Philipp. l. 6.**p. 167.**Matth. Par.*

1202.

*Chr. Nic.**Trivet. t. 8.**Spicil. du**Till. p. 168.*



pronunciarunt. Vi cujus Decreti Rex Sæcul. XIII.  
 Philippus in Aquitaniam, tumque in Nor- A. C. 1203.  
 mannam movens, complures urbes ad  
 deditionem compulit.

Itaque ad hoc bellum componendum  
 Innocentius Papa Joannem Abbatem  
 Casæ majoris atque Abbatem *de tribus*  
*fontibus*, utrumque Ordinis Cisterciensis,  
 misit, qui ambobus Regibus mandata  
 Papæ denunciarunt; Episcopos &  
 Principes totius Regni convocarent, salvo  
 utriusque Regis jure pacem inirent,  
 Monasteria, ceterasque Ecclesias inter  
 belli turbines destructas, repararent.  
 Hæc mandata Pontificis Regi Philippo,  
 Meduntæ commoranti, in Octava Assumptionis,  
 nempe vigesima secunda Augusti,  
 reddita sunt. Præsulum vero & Principum  
 collectorum sententiam secutus,  
 contra hanc denunciationem appellans,  
 causam Papæ reservavit. In *thesauro du Till. p. 166*  
*Chartarum* Literæ patentes Odonis Ducis *Preuv. lib.*  
 Burgundiæ occurrunt, in quibus pro- *Gall. Ch. 7.*  
 fitetur, se Philippo Regi Domino suo *n. 2.*  
 consilium suggestisse; ne pacem vel inducias  
 Regi Angliæ, a Papa vel Cardinalium ullo  
 compulsus, concederet. Si vero Papa, adjicit,  
*Regi in hac causa vim inferre pararet,*  
*promisi ei tanquam Domino meo supremo,*  
*omnesque ditiones, quas ab ipso accepi,*  
*in fidei pignus*



Sæcul. XIII. *pignus obtuli, quod omnibus viribus*  
A.C. 1203. *auxilium præstiturus essem, nec ad con-*  
*filia Pacis inter me & Papam reducenda*  
*animum unquam adjecturus, nisi Rex*  
*consentiret. Hoc diploma mense Julio*  
*anno millesimo ducentesimo tertio da-*  
*tum est, eique decem alia similis teno-*  
*ris totidem Principum aut Dominarum*  
*ap. Rainald.* adjacent. Ergo Rex Legatis respon-

dit; Romani Pontificis non esse, se se  
 bellis Regum implicare, qui in causis Va-  
 fallorum suorum ipsius mandatis obse-  
 qui non tenerentur.

## §. LVIII.

*Papa se pacis arbitrum esse affir-*  
*mat.*

6. ep. 165.  
 ibid.

Cum Abbas Casæ majoris Papam cer-  
 tiorem fecisset, quid respondisset Rex,  
 Innocentius ad Philippum Regem Epi-  
 stolam dedit, in qua dicit: *Neutiquam*  
*cupimus, potestatem non debitam nobis*  
*tribuere, aut quidquam, quod officii no-*  
*stri non sit, vobis præcipere. Quid*  
*enim vos monuimus? nempe pacem, vel*  
*inducias saltem, salvo uniuscujusque jure,*  
*pangendas esse. Quamquam vero ani-*  
*mus tecum disputandi non sit, nolumus*  
*tamen tuo ad nos Responso auctoritatem*  
*nostro silentio conciliare. Tum com-*  
 plures